

CENTURIA  
QUÆSTIONUM  
POLITICARUM CUM

adjuncta Coronide quæ  
continet

*Explicationem Lyricalis*

AN DIVERSE RELIGIONES IN BENE  
constituta Republ. tolerandæ?

*Qua*

DIVINO NUMINE

moderante

Amplissimo Senatu Philosophico approbante  
A NOBILISSIMIS ET LECTISSIMIS  
aliquot juvenibus in illustri SALANA.

*Sub Presidio & Auctoritate Damna*

JOHANNIS GERHARDI S. S.

Theolog. D. Superintend. Heldburg.

EXAMINATA ET DISCVSSA & AMQVE  
*altera vice in lucem edita.*


In hac secunda editione, præter vitia quædam  
Typographica sublata, accessit Index omnium quæ-  
stionum pertractatarum.

Æ N Æ

TYPIS CHRISTOPHORI LIPPOLDI.

ANNO 1608.





EQUESTRI ET  
VETUSTO GENE-  
RISPLENDORE, VIRTUTE,  
ERUDITIONE ET GENE-  
rosa mentis indole Nobilissimo

Viro-juveni


DNO AUGUSTO AB HOYM  
EQUITI SAXONICO &c.

*Dn. fautori & amico suo colen-  
dissimo.*



NULLUS EQUIDEM DUBITO  
NOBILISSIME AC PRÆSTANTISSIME  
DNE AUGUSTE, fautor & amice co-  
lendissime, quin civilis disciplinæ digni-  
tas à plerisq; eruditis extra omnem pla-  
nè controversiæ aleam posita esse judi-  
cetur. Si quam enim primus discipli-  
næ cujusq; auctor dignitatem illi conci-  
liare potest; DEUS est, qui hominum mentibus vim ac pro-  
pensionem ad vitæ societatem in prima creatione iniecit, unde  
homo animal Naturâ Politicum à Philosopho appellatur;  
DEUS est, qui statuta judicialia ac forenses ll. Israëlitico popu-  
lo præscribere non fuit dedignatus: DEUS est, qui adhuc ho-  
diè constituit ac transfert regna; Reges, Principes ac Magistra-  
tus, ipsius sunt vasalli ac subdelegati. Si quam finis discipli-  
næ cujusque dignitatem, ei afferre potest, quid imperiorum





# DECAS PRIMA

RESPONDENTE

MICHAELE RAUCHBARO

WITTEB.

I.

**P**ossitne Politica disciplina certis præceptis tradi?

*Generoso & favore digno ingenio cura sunt Politica disciplina, Socrates apud Xenop. nec assequitur homo virtutem ullam politica præstantiorem, Plutarch. in Caton. hæc enim architectonica & regina reliquat omnium: Arist. 1. Ethic Nic. 1. sec. dist. Pacii: adeo ut ipse ll. politico judicio dijudicanda, Cujac. in observ. cognoscenda namq; principia eaq; prima, quibus subnixi veteres nomotheta de jure responderunt activa Philosophia scientissimi, Capiv. de doctrin. differ. c. 4. f. 40. sicq; non immeritò ex ipsissimis politica & Jurisprudentie principii legum rationale deducendum. Fride. Tilem in præfat. Discurs. pol. nec verò hæc solum; sed & alia innumera hujus discipline utilitates, quas percensere, nostri non est instituti, cum politices utilitatem nemo negare possit, nisi qui hominem ex homine, vitam à vita tollere potest. Id verò non immeritò quaritur, possintne certa Politices præcepta tradi? Et sanè sateri cogimur, tantam in hisce varietatem esse, quæ ad certas regulas se redigi haud facile patiatur: τὰ γὰρ καλὰ καὶ τὰ δίκαια περὶ ὧν ἡ πολιτικὴ σκοπεῖται, πᾶσάν τιν ἐχὼ διαφορὰν καὶ πλάσιν ὥστε δοκεῖν νόμῳ μόνον εἶναι; Φύσιν δὲ μὴ 1. Ethic. Nic. 2. consuetudini in hisce vi magna, ut rectè dixisse videatur*